

splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris; sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo: quando erat Omnipotens mecum (Job XXXI, 2-5).

Quis mihi tribuat? Nonne tu qui solus es (Job XIV, 1), Domine, qui amas animas?

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei (Ps. VI, 11). Dissipaverunt itinera mea: insidiati sunt mihi et prævaluerunt (Job XXX, 15). Domine, quando respicies? Restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicum meam (Ps. XXXIV, 17).

Cor mundum creata in me Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis; redde mihi letitiam salutaris tui, et spiritui principali confirma me (Ps. L, 12, 14).

Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te; a resistentibus dextera tuæ custodi me ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege me. a facie impiorum qui me afflixerunt (Ps. XVI, 7-9).

Jesus misericors. Hanc penitentem promittit Jesus restitutionem, et quæ sint ex ea proventura bona illum docet.

Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.

Qui habet aures audiendi, audiat (Luc. VIII, 8): Cito proferre stulam primam, et induite illum, et late annulum in manum ejus, et calceamenta in pedes ejus: et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus, et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, et revixit (Id., XV, 22-24).

Impietas impii non nocet ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua: omnia peccata, quæ peccavit, non imputabuntur ei (Ezech. XXXIII, 12, 16).

Confide, fili: Ego sum Dominus Deus tuus, faciens misericordiam in millia his qui diligunt me (Exod. XX, 3, 6). Convertam eos, quia miserebor eorum: et erunt sicut fuerunt quando non projeceram eos; ego enim Dominus Deus eorum, et exandiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim, et letabitur cor eorum quasi a vino: et letabuntur, et exultabit cor eorum in Domino (Zach. X, 6, 7, 12). Comfortabo eos in Domino, et in nomine ejus ambulabunt.

Confide fili: sponsabo te mihi in sempiternum: et sponsabo te mihi in justitia et iudicio, et in misericordia, et in miserationibus; et sponsabo te mihi in fide: et scies quia ego Dominus (Os. II, 19, 20).

Tunc videbis et affluens, et mirabitur et dilatabitur cor tuum (Is. LX, 5); tunc super Omnipotentem delicias affluens, et elevabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, et exaudiet te, et vota tua reddes. Decernes rem, et veniet tibi, et in vis tuis splendebit lumen (Job XXII, 26-28).

Spiritus Domini super me: misit me ut mederer contritis corde; et consolarer omnes lugentes, et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro lu-

ctu, pallium laudis pro spiritu mœroris (Is. LXI, 1-5): et si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora (II Reg. XII, 8).

Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua; et conjuerunt optima quæque Israel? Nonne tibi (I Reg. IX, 20)?

Peccator penitens inde erumpit in affectus admirationis, gaudii et fiducia.

Quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius convertentibus ad se (Eccli. XVII, 28)! O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus (Sap. XII, 1)! Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia (Rom. V, 20).

Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, et consolatus es me. Ecce Deus salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo: quia fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem (Is. XII, 1, 2).

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Peccator penitens grate inquit quid reddat Domino pro conversione sua, cujus gratiam expendit beneficentis Deo, et proponit multa quæ ultro daret, si accepta forent Deo.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi (Ps. CXV, 12)?

Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus, benedic, anima mea, Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu viam tuam, qui coronat te in misericordia et miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aequile juvenus tua (Ps. CII, 1-5).

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis; quoniam secundum altitudinem cœli a terra corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se (Ibid., 10-15).

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Quid dignum offeram Domino? Curvato genu Deo excelsio? Numquid offeram ei holocaustomata, et vitulos anniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum (Mich. VI, 6, 7), aut in milibus millibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?

Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges (Ps. XV, 2). Si voluisses, sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis (Ps. L, 18).

Si voluisses, et bona mea (Luc. XII, 18), ex quodam vitam meam dedissem utique: holocaustis non delectaberis (Act. XXVI, 4).

Quid dignum offeram Domino?

Jesus misericors aperit quid requirat a penitente, neque cor illius.

Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: Utique facere iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo (Mich. VI, 8).

Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum: Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Ps. L, 19).

Indicabo tibi quid Dominus requirat: Præbe, fili mi, cor tuum mihi: et oculi tui vias meas custodiant (Prov. XXIII, 26).

Peccator penitens humiliter stupet munus a Deo postulari tam indignum seipso.

Hæc dicit Dominus redemptor Israel, sanctus ejus, ad contemptibilem animam: Præbe, fili mi, cor tuum mihi (Is. XLIX, 7). Quis Deus similis tui (Mich. VII, 18)? Quid petis ut detur tibi (Ester V, 6)? Cor insipiens (Is. XLIV, 20), Cor pravum (Ps. C, 4), Cor cum bestiis terræ positum (Dan. V, 21), contaminatum et sordidum (Levit. XIII, 45).

Jesus misericors insistit postulationi.

Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Præbe, fili mi, cor tuum mihi (Act. X, 15).

Peccator penitens parat, offerendo religiosisime cor suum, et confitendo ex multis rationibus non despicendum fore munus suum.

Fiat, fiat (Ps. XL, 14); Fiat cor meum immaculatum (Ps. CXVIII, 80), dignum dilecto meo (Cant. VII, 9).

Veni, Domine Jesu (Apoc. XXII, 20). Paratum cor

meum, Deus (Ps. LVI, 8): Domine Jesu suscipe (Act. VII, 58) paratum cor meum (Ps. LVI, 8).

Ad destitutionem peccati (Heb. IX, 26),

Ad penitentiam (II Cor. VII, 9),

Ad custodiendas justificationes tuas (Ps. CXVIII, 5),

Ad confitendum nomini tuo (Ps. CXLI, 8),

Ad commoriendum et ad convivendum (II Cor. VII, 3).

Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus (Cant. VII, 10).

Veni, dilecte mi: Domine Jesu suscipe cor contritum et humiliatum (Ps. L, 19).

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis, et multa misericordiæ omnibus invocantibus te (Ps. LXXXV, 5), cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies (Ps. L, 19).

Domine, qui amas animas, cor contritum et humiliatum non despicies.

Redemisti me, Domine Deus veritatis (Ps. XXX, 6): ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi, cor contritum et humiliatum (Ester. XIII, 16).

Respice in testamentum tuum (Ps. LXXXII, 20), in sanguinem testamenti tui (Zach. IX, 11), et pretium redemptionis animæ: cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies (Ps. XLVIII, 9), quia pretium sanguinis est (Math. XXVII, 7).

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in æternum: quia misericordia tua magna est super me, et eruisit animam meam ex inferno inferiori (Ps. LXXXV, 12, 15).

QUATUOR MEDITATIONES

DE INCARNATIONE ET NATIVITATE CHRISTI.

PRIMA MEDITATIO.

Exercitium fidei circa hoc mysterium.

PRIMUM PUNCTUM. — *Explicatur natura hujus mysterii.*

SUMMARY. — *Opus est magnum Dei, qui voluit, ut ad carnem usque vilissimam Verbum, suus vere Filius in seipso infusus, et in omni genere perfectionum descenderet.*

Est scriptum in prophetis (Joan. VI, 45): Domine audivi auditionem tuam, et timui; Domine opus tuum, in medio annorum vivifica illud; in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharan: operuit cœlos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit: cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus: ante faciem ejus ibit mors, et egredietur diabolus ante pedes ejus (Habac. III, 2-5).

Impleta est hæc scriptura (Luc. IV, 21): Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum

ex muliere (Gal. IV, 4). Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus (Luc. I, 54, 55).

Verbum caro factum est: Domine opus tuum, Verbum caro factum (Joan. I, 14). Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Opus tuum (Hab. III, 15), opus Excelsi (Ester. XLIII, 2), opus Sancti sanctorum (I Par. VI, 49).

Verbum caro factum est. Caro! Quid est caro (Deut. V, 26)? Caro infirma (Math. XXVI, 41). Caro concupiscit adversus spiritum (Gal. V, 17).

Omnis caro immunda (Ezech. IV, 44), Omnis caro fenenum (Is. XL, 6). Deficiet omnis caro (Job XXXIV, 15). *Verbum caro factum est. Verbum!* Generatio nem ejus quis enarrabit (Isai. LIII, 8)? In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil quod factum est; in ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris luere, et tenebræ eam non comprehenderunt: erat lux vera quæ illu-

minat omnem hominem vehementem in hunc mundum (Joan. I, 1-5, 9).

Verbum! Incommunicabile nomen (Sap. XIV, 21). Omne bonum (Exod. XXXIII, 19), Imago Dei invisibilis (Col. I, 15), Splendor gloriae, et figura substantiae ejus, portansque omnia verbo virtutis suae (Heb. I, 5); Candor lucis aeternae, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius (Sap. VII, 26).

Verbum! Vere Filius Dei (Math. XIV, 55), Incomprehensibilis cogitatu (Jer. XXXII, 19), Et coeli caelorum capere eum nequeunt (II Par. II, 6); Beatus et solus potens, rex regum et Dominus dominantium; Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor et imperium sempiternum (I Tim. VI, 15, 16); Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (Jac. I, 17); Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo (Phil. II, 6).

Hic est Deus noster, et non aestimabitur alius adversus eum; hic advenit omnem viam disciplinae, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo (Bar. III, 56, 57).

Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Ibid., 58).

Inclinavit oculos et descendit (Ps. XVII, 10). Et descendit ab iteribus aeternitatis ejus (Hab. III, 6). De sanctuario, et de excelso caelorum habitaculo (Deut. XXVI, 15); A regalibus sedibus in mediam extremam terram prosilivit (Sap. XVIII, 15); Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus (Ps. LXXXVI, 3).

Et descendit Quam angeli minoratus (Heb. II, 9) In similitudinem hominum factus: Humiliavit semetipsum, semetipsum exinanivit.

Formam servi accipiens (Phil. II, 7, 8), in similitudinem carnis peccati (Rom. VIII, 3).

A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris (Ps. CXVII, 25).

II PUNCTUM. — *Expenditur tam stupendus descendens Dei ad hominem.*

SUMMARUM. — Admiratio potentiae Dei in tali opere. Comparatio regis redacti ad statum vitae belluae et Filii Dei depressi usque ad statum vitae humanae, qua supra omnem rationem captum, factus est tam vere homo quam erat Deus.

Dictum est antiquis (Math. V, 21): Deus ego, et non homo (Osee XI, 9); ego Dominus, et non minor (Mat. III, 6).

Novissime autem misit Filium suum (Math. XXI, 57), factum ex muliere (Gal. IV, 4). Verbum caro factum est: haec mutatio dexterae Excelsi (Ps. LXXXVI, 11); fecit potentiam in brachio suo (Luc. I, 51).

Quis audivit unquam tale (Is. LXVI, 8)?

Scriptum est per prophetam (Math. II, 5): Vox de caelo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit a te, et ab hominibus ejicient te, et cum bestiis et feris erit habitatio tua:

facum quasi bos comedes. Sermo completus est super Nabuchodonosor (Dan. IV, 28-50).

Majus his videbis (Joan. I, 50) in mysterio Christi (Ephes. III, 4): quia major sit Deus homine (Job XXXIII, 12).

Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris (Joan. I, 18), verus Deus (I Joan. V, 20), inclinavit caelos et descendit (II Reg. XXII, 10), in similitudinem hominum factus (Philip. II, 7).

Et descendit Ad opprobrium eorum (Ezech. XXI, 28), Ad meas miseras (Job XXX, 14), Ad nostram humilitatem (Judith VI, 15), Ad pauperem (Deut. XV, 7), Usque ad mortem, mortem autem crucis (Philip. II, 8).

Verbum caro factum est. Quis vidit huic simile (Is. LXVI, 8)? Quae enim participatio justitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras (II Cor. VI, 14)? aut quae pars diviti ad pauperem (Eccl. XIII, 22)?

Audite haec omnes gentes: Simul in unum dives et pauper (Ps. XLVIII, 2, 5) Hic est Filius Dei (Joan. I, 51), Filius hominis; Verbum, Caro (Id., III, 15);

Antiquus dierum (Dan. VII, 9), Novissimus Adam (I Cor. XV, 45);

Dominus domini rum (Apoc. XVII, 14), Formam servi accipiens (Philip. II, 7);

Magnus Dominus et laudabilis nimis (Ps. XLVII, 2). Parvulus in millibus (Mich. V, 2);

Portans omnia verbo virtutis suae (Heb. I, 5), qui portatur ad victimam (Jer. XI, 19).

Tanto melior angelis effectus, quanto differentius praeter illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te (Heb. I, 4, 5)? Eum autem qui modico, quam angeli, minoratus est, videmus (Id., II, 9), poerum cum Maria matre ejus (Math. II, 11), sugentem uberis matris (Cant. VIII, 1), pannis involutum, et positum in praesepe (Luc. II, 12).

In praesepe! Domine Deus, si caelum et caeli caelorum non te capiunt, quanto magis domus ista (II Par. VI, 17, 18)?

III PUNCTUM. — *Fidem hujus mysterii admittit anima christiana.*

Actus fidei. — Ergone creditibile est, ut habitet Deus cum hominibus super terram (II Par. VI, 18)? non in manufactis templis (Act. XVII, 24): Loc parum visum est (II Reg. VII, 19);

Ut habitet Deus cum hominibus super terram? in domibus nostris (Mich. V, 5), in plateis nostris (Luc. XIII, 27): sed et hoc parum visum est (I Par. XVII, 17);

Ut habitet Deus cum hominibus super terram? In carne nostra mortali (II Cor. IV, 11), Factus est semine David secundum carnem (Rom. I, 3),

Habitus inventus ut homo (Philip. II, 7). Subditus illis (Luc. II, 51), Manducans et bibens (Math. XI, 19), Per civitates et castella docens (Luc. XIII, 22)

Ergone creditibile est?

Manifesto magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria (I Tim. III, 16).

Creditum est in mundo!

Credis hoc (Joan. XI, 26)? Credo, Filium Dei esse Jesum Christum (Act. VIII, 57), infantem positum in praesepe (Luc. II, 16); utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti (Joan. XI, 27): testimonia tua credibilia facta sunt nimis (Ps. XCII, 5).

Regule morum. — Tu credis in Filium Dei (Joan. IX, 55)? Bene facis: et demonem credunt, et contremiscunt (Jac. II, 19); ubi est timor tuus (Job IV, 6)?

Facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 15, 14). Quid tibi et paci (IV Reg. IX, 18)? Qui perversi cordis est, non invenit bonum (Prov. XVII, 20). Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate? Dilixisti malitiam super benignitatem (Ps. LI, 5, 5): gloriam hominum, magis quam gloriam Dei (Joan. XXI, 45).

Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe Domini sui (Is. I, 3); Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui (Deut. XXXII, 18)!

Tu credis Filium Dei? Parvulus natus est nobis (Is. IX, 6): iste est Deus tuus (II Esd. IX, 18), in praesepe (Luc. II, 12), Princeps pacis (Isai. IX, 6), sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus (II Reg. XXIII, 8).

Clamitat (Prov. VIII, 1), audi. Clamitat (Ibid. I, 8, 24). Detestor superbiam (Amos VI, 8). Ecco ego ad te, superbe (Jer. I, 51): exaltatus autem humilitatus sum (Ps. LXXXVII, 16). Vulpes foras habent, et volneres caeli nidus: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet (Luc. IX, 58). Humilia te (Eccl. III, 20), cadet superbus, et corruet, et non erit qui suscitet (Jer. L, 32).

Iste est Deus tuus, et vocem ejus audis (Joan. III, 8). Quid gloriaris (Jer. XLIX, 4)? quid superbit terra et cinis (Eccl. X, 9)?

Ecco magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Invenierunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum (Math. II, 1, 2, 11)? Humiliare Deo (Eccl. XIII, 9); odibilis coram Deo est et hominibus superbia (Id., X, 7).

Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, thus et myrrham (Math. II, 11); quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet (Job XXXV, 7)?

Cor humile (Eccl. XXV, 31), cor contritum (Ps. I, 19), cor docile (III Reg. III, 9), cor fidele (II Esd. IX, 8).

II MEDITATIO.

Exercitium charitatis.

PRIMUM PUNCTUM. — *Manifestatur in hoc mysterio amor Dei erga homines.*

SUMMARUM. — *Exponitur generatio Christi secundum carnem; et inter divinas perfectiones ibi absconditas, Dei amorem mirifice elucere agnoscitur.*

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret (Joan. III, 16): Christi autem generatio sic erat:

Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph: antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Joseph autem, vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quae enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium: et vocabit nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus (Math. I, 18-25).

Impleti sunt dies ut pareret (Luc. II, 6): et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in praesepe: quia non erat eis locus in diversorio (Ibid., 7). Cum ergo natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judaeorum (Math. II, 1, 2)?

O reges (Sap. VI, 22), reges Tharsis et Insulae, reges Arabum et Saba (Ps. LXXXI, 10), ibimus vobiscum; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est (Zach. VIII, 25), et venimus adorare eum (Math. II, 2).

Interrogo ergo (Act. X, 29): Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Ubi est domus Principis (Job XXI, 28)? Ubi est Deus (Id., XXXV, 10)? Digne cum invenire non possumus (Id., XXXVII, 25).

Verbum caro factum est (Joan. I, 14). Exinanivit semetipsum (Philip. II, 7): egenus factus est, cum esset dives (II Cor. VIII, 9): abscondita est fortitudo ejus (Hab. III, 5): sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi (Col. II, 5): posuit tenebras latibulum suum (Ps. XVII, 12). Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator (Isai. XLV, 15).

Quinimo (I Reg. XX, 5), Deus gloriae apparuit (Act. VII, 2), apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus (Tit. II, 11), benignitas et humanitas apparuit (Id., III, 14), vita manifestata est (I Joan. I, 2). Deus charitas est: apparuit charitas (Id., IV, 6, 9), apparuit Deus, (II Par. I, 7), Deus pater et dilectionis (II Cor. XIII, 11), Deus qui dives est in misericordia (Ephes. II, 4), Deus salvos facienti (Ps. LXVII, 21).

Magnus Dominus et laudabilis nimis (Ps. XCV, 4),

parvulus natus est nobis (Isai. IX, 6), amabilis super amorem (II Reg. I, 26), propter miram charitatem suam quam dilexit nos (Ephes. II, 4).

Verbum caro factum est: et manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne (I Tim. III, 16). Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: et videbunt omnes fines terræ salutem Dei nostri (Isai. LII, 10).

Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit; salvavit sibi dextera ejus, et brachium sanctum ejus; notum fecit Dominus salutem suam; in conspectu gentium revelavit justitiam suam; recordatus est misericordie suæ et veritatis suæ domini Israel. Viderunt omnes termini terræ salutem Dei nostri (Ps. XCVII, 1-5).

II PUNCTUM. — Colloquium hominis et Jesu super hac tanti amoris manifestatione.

SUMMARUM. — Homo tantum sibi amorem gratulatur, respectu trium personarum sanctissimæ Trinitatis, ejusque a Jesu qui specialiter Deus noster dicitur perfectionem petit notitiam. Jesus exhibet se Deum homini, simul et hominem factum ad gloriam Dei Patris sui et pro amore hominum, quibuscumque conversari sibi in deliciis esse testatur; adeoque illos ad mutuum amorem invitat.

Constituantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes: Terra dedit fructum suum (Ps. LXVI, 6, 7), salutis fructum (Eccli. I, 22), iustum tuum (Isai. LXII, 2). Terra mota est; etenim cæli distillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel (Ps. LXVII, 9). Terra dedit fructum suum; mater pulchra dilectionis (Eccli. XXIV, 24); peperit filium suum (Luc. II, 7).

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus (Ps. LXVI, 7);

Benedicat nos Deus. Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis (II Cor. I, 5); sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret (Joan. III, 16); misit Filium suum factum ex muliere (Gal. IV, 4).

Benedicat nos Deus, paracletus Spiritus sanctus (Joan. XIV, 26); quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est (Math. I, 20). Et angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. I, 35).

Benedicat nos Deus, Deus noster, Filius Dei (Sap. II, 18), homo natus (Ps. LXXXVI, 5), Deus noster, novissimus Adam (I Cor. XV, 45); Deus noster quasi unus ex nobis factus (Gen. III, 22); Deus noster, frater enim et caro nostra est (Ibid., XXXVII, 27). Jesu filii Dei altissimi (Marc. V, 7). Fili David (Math. IX, 27). Domine mi (Esth. XIV, 5). Frater mi (II Reg. I, 26). Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, et facies decora (Cant. II, 14). Loquere homine, quia audit servus tuus; loquere Domine (I Reg. III, 9), quæ fecisti magna: Deus, quia similis tibi (Ps. LXX, 19)?

Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, et inveniam gratiam ante oculos tuos (Exod. XXXIII, 15).

Deus miseretur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et miseretur nostri: ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus genibus salutem tuam (Ps. LXVI, 2, 5).

Loquere Domine, quia audit servus tuus. Tu quis es (Joan. VIII, 25)? Dixit Jesus (Ibid.). Principium qui et loquor vobis (Ibid.); Ego enim ex Deo processi (Ibid., 42), in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum (Ps. CIX, 5), in lumine lumen (Ps. XXXV, 10), lumen indeficiens (Eccli. XXIV, 6), imago Dei invisibilis (Col. I, 15): qui videt me, videt et Patrem (Joan. XIV, 9); Ego in Patre, et Pater in me est (Ibid., 10).

Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreni illius qui prior factus est, et in ventre matris figuratus sum caro; et ego natus accepi communem aërem, et in similitudinem factam decidi terram, et primam vocem similem omnibus emis; plorans (Sap. VII, 4, 5).

Tunc dixi: Deus meus (Ps. XXXIX, 8), hostiam et oblationem noluit, corpus autem aptasi mihi: holocausta pro peccato non tibi placuerunt (Heb. X, 5, 6). Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, et de legem tuam in medio cordis mei (Ps. XXXIX, 8, 9). Narrabo nomen tuum fratribus meis (Ps. XXI, 25), ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis (Joan. XVII, 24, 26).

O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum.

Ego sapientia ab aeterno ordinata (Prov. VIII, 4, 12, 25), ex ore Altissimi provi primogenita ante omnem creaturam (Eccli. XXIV, 5). Quando preparabat celos aëram: quando certa lege, et gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, me transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens (Prov. VIII, 27-31): et deliciae meae esse cum filiis hominum; factum ex muliere (Gal. IV, 4).

Ego sapientia habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus (Prov. VIII, 12): et deliciae meae esse cum filiis hominum, infantem pannis involutum (Luc. II, 12).

Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbae et justitia (Prov. VIII, 18): et deliciae meae esse cum filiis hominum, positum in praesepe (Luc. II, 12), despectum et novissimum virorum (Isai. LIII, 5).

Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt; per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam (Prov. VIII, 14, 15): et deliciae meae esse cum filiis hominum, factum sub lege (Gal. IV, 4).

Delectabar per singulos dies (Prov. VIII, 30) in sinu Patris (Joan. I, 18): et deliciae meae esse cum filiis hominum, virum dolorum et scientem infirmitatem (Isai. LIII, 5).

In viis justitiae ambulo, in medio semitarum iudicii (Prov. VIII, 20), sanctus, innocens, impollutus segregatus a peccatoribus, et excelsior caelis factus (Heb. VII, 26): et deliciae meae esse cum filiis hominum, in similitudinem carnis peccati (Rom. VIII, 5).

O viri, ad vos clamito, vox mea ad filios hominum.

In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis (Osae XI, 4).

O viri, venite ad me omnes (Math. XI, 28);

O viri, sum quidem et ego mortalis homo: considerate quod os vestrum et caro vestra sum (Judic. IX, 2): et mihi est cor sicut et vobis (Job XII, 5):

O viri, fratres mei vos (II Reg. XIX, 12), ego sum frater vester: nolite pavere; pro salute enim vestra misit me Deus (Gen. XLV, 4, 5). Fratres meos quaero: in funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis, (Ibid., XXXVII, 16).

Venite ad me pannis involutum vinculis charitatis:

Venite in vinculis charitatis.

Mihi est cor sicut et vobis. Cor meum jungatur vobis in vinculis charitatis (I Par. XII, 17).

Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi ut accendatur (Luc. XII, 49).

Ego diligentes me diligo (Prov. VIII, 17), diligo prius (I Joan. IV, 10); sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos: manete in dilectione mea (Joan. XV, 9), in vinculis charitatis.

III PUNCTUM. — Ad amorem Jesu homo sese excitat.

SUMMARUM. — Rationes hujus amoris. Vilis hominis quem Deus sic dilexit. Dei erga homines amoris mira excellentia. Donitas qua nos ipse suo amore praevenit. Charitas qua hominem etiam inimicum dilexit. Majestas praepotens Dei, qui hominem sibi prorsus inimicum dilexit. Lex redamandi. Inclinatione quam pater habent ad mutuum amorem.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quid est homo quod memor es ejus? aut filius hominis quoniam visitas eum (Ps. VIII, 2, 5), in corpore carnis ejus (Col. I, 22)? Tanquam momentum statere sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta roris antelucani quae descendit in terram (Sap. XI, 25): et dignum deis super hujuscemodi aperire oculos tuos (Job XIV, 5)! Sic Deus dilexit mundum (Joan. III, 16); ana itaque Dominum Deum tuum (Deut. XI, 4).

Majorem hac dilectionem nemo habet (Joan. XV, 15). Exspoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus, et dedit eam David, et reliqua vestimenta sua usque ad gladium et arcum suum, et usque ad balneum (I Reg. XXIII, 4): parva sunt ista (II Reg. XII, 8). Venit Christus (Joan. VII, 42) exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus (Philipp. II, 7). Anima Jonathae conglutinata est anima David (I Reg. XVIII, 4): leve est hoc (Ezech. VIII, 17). Verbum caro factum est (Joan.

I, 14): itaque jam non sunt duo (Math. XIX, 6). Verbum caro factum est, ut sint consummati in unum (Joan. XVII, 25). Sic Deus dilexit mundum; ana itaque Dominum Deum tuum.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos (I Joan. IV, 9, 10). Sic Deus dilexit mundum; ana itaque Dominum Deum tuum.

Jesu filii Dei (Math. VIII, 29), in hunc mundum venisti (Joan. XI, 27) pro me: quam admirabile est nomen tuum (Col. II, 20)! Quid enim feci, et quid invenisti in me (I Reg. XXIX, 8)? Num me invenisti inimicum tibi (III Reg. XXI, 20)? Sic Deus dilexit mundum, cum inimicus essemus (Rom. V, 10): Ana itaque Dominum Deum tuum.

Opus ei non erat (Joan. II, 25): suspice caelum et intueri, et contemplant aethera quod altior te sit. Si peccaveris, quid ei noceris: et si multiplicata fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro si juste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Sic Deus dilexit mundum; ana itaque Dominum Deum tuum (Job XXXV, 5, 7).

Si sic Deus dilexit nos, quod debetis reddite ei (I Joan. IV, 11). Quid est quod reddere debeamus ei (I Reg. VI, 5)? Amorem (Gen. XXXIX, 50). Hæc est lex Adam (II Reg. VII, 19): Ego diligentes me diligo (Prov. VIII, 17); ana itaque Dominum Deum tuum.

Omne animal diligit simile sibi; sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjungitur, et omnis homo simili sui sociabitur (Eccli. XIII, 19, 20); ana itaque Dominum Deum tuum, factum ex muliere (Gal. IV, 4), similem tui (Deut. XVIII, 18). Coniungere Deo (Eccli. II, 5), qui similis tui est (Job XXXV, 8); in amore ejus delectare jugiter (Prov. V, 19).

Mihi factus est frater (Eccli. XXIX, 54); magis amicus erit quam frater (Prov. XVIII, 24) ana itaque Dominum Deum tuum.

Diligam te, Domine (Ps. XVII, 2).

Diligam te propter temetipsum (Dan. IX, 19).

Diligam te, qui dilexisti me (Joan. XVII, 24).

Diligam te similem filio hominis (Apoec. I, 15).

Cum sim pulvis et cinis, diligam te (Gen. XVIII, 27), fratrem meum sugentem ubera matris meae (Cant. VII, 11). Beatus venter qui te portavit, et ubera que susxit (Luc. XI, 27); beati omnes qui diligunt te (Job XIII, 18).

III MEDITATIO.

Exercitium spei.

PRIMUM PUNCTUM. — Beneficium incarnationis Filii Dei estimatur ex desideriis sanctorum hominum Veteris Testamenti.

SUMMARUM. — Desideria quibus patriarchæ et prophetae ardebant videre Filium Dei incarnatum. Felicitas hominum qui posterioribus temporibus ejusdem incarnationis fructus percipiunt.

Filius Dei venit (1 Joan. V, 20).
Beati oculi qui vident que vos videtis: multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis, et non viderunt; et audire que auditis et non audierunt (Luc. X, 23, 24). Expectabant redemptionem Israel (Id., II, 38). Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis reprobationibus: sed a longe eas aspicientes et salutantes (Heb. XI, 15), clamaverunt ad Deum, dicentes (Judith VII, 18).

Domine, mitte quem missurus es (Exod. IV, 15);

Emitte agnum, Domine, dominatorem terre (Isai. XVI, 1);

Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justum; aperiat terra, et germinet salvatorem (Id., XLV, 8).

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutarem tuam da nobis (Ps. LXXXIV, 8).

Da mihi solum tuarum assistentem sapientiam; mitte illam de cœlis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tue, ut mecum sit, et mecum laboret; scit enim illa omnia, et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia; et erant accepta opera mea (Ps. IX, 4, 10-12).

Qui regis Israel, intende; qui deducis velut ovem Joseph, a qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse; excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos (Ps. LXXIX, 2, 5).

Ultimam dirumpere cœlos et descenderes (Isai. LXIV, 1). Quis mihi det te fratrem meum surgentem ubera matris mee, ut inveniam te foris et deosculer te (Cant. VIII, 1).

Sunt orationes sanctorum (Apoc. V, 8).
Cuperunt videre, et non viderunt (Math. XIII, 17); non acceperunt reprobationem, Deo pro nobis melius aliquid providente (Heb. XI, 50, 40).

Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. I, 14). Intravit et exivit inter nos Dominus Jesus (Act. I, 21); nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus (Math. I, 23), usque ad consummationem seculi (Id., XXVIII, 20).
Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre (Joan. I, 14).

Gloriam Christi Jesu spei nostre (1 Tim. I, 1):
Vidimus plenum gratiæ et veritatis (Joan. I, 14).

Parvulus natus est nobis (Isai. IX, 6), magnus fortitudinis, et iudicio, et justitia, et enarrari non potest; idoneo timentur eum viri, et non audebunt contempleri omnes qui sibi videntur esse sapientes (Job XXXVII, 23, 24). In ipso sperabunt pauperes populi ejus (Isai. XIV, 32), et simplices possidebunt bona ejus (Prov. XXVIII, 10).

Ego autem sperabo in te, Domine (Ps. LIV, 24), in paupertate mea (1 Par. XXII, 14), in simplicitate cordis mei (Gen. XX, 5).

Veni, et super nos regnum accipe (Judic. IX, 10);
Veni, expectatio gentium (Gen. XLIX, 10), expectatio mea (Ps. XXXVIII, 8);

Veni, quia factus es spes mea (Ps. LX, 4).

Veni: anima mea sicut terra, aperiat terra, et germinet salvatorem (Ps. CXLII, 6).

Veni: anima mea sicut terra sine aqua tibi: rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justum (Ibid.).

II PUNCTUM. — Estimatur tantum beneficium ex bonis quæ complectitur.

SUMMARIUM. — Sunt ipsiusmet Christi bona, quæ universa ex ejus plenitudine derivantur in nos, conjunctos illi natura et dilectione. Sunt autem illa præsertim, gratia seu amicitia Dei quam nobis Jesus instituit et veritas quæ nos illuminat et regit, tum per suam doctrinam, tum per sua exempla; unde homo seculorum fortem ac felicem putat.

Dixit Ecclesiastes (I, 2): Væ tibi terra, cuius rex puer est (Ibid., X, 16).

Dixit angelus: Nolite timere; ecce evango-
gelium vobis gaudium magnum, quod erit omnino populo: quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David: et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio (Luc. II, 10-12).

Ecce gaudium magnum; parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus: et vocabitur nomen ejus, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis: multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis; super saluum David, et super regnum ejus sebebit, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et justitia, amodo et usque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc (Isai. IX, 6, 7).

Sic deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret (Joan. III, 16): quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit (Rom. VIII, 32)? Quia in ipso complaceat omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt (Col. I, 19, 20).

Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ et veritatis (Joan. I, 14): quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporalis (Col. II, 9), et de plenitudine ejus nos omnes accipimus (Joan. I, 16); infinitus enim thesaurus est hominibus (Sap. VII, 14).

Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens (Heb. II, 11): Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesie fudabo te (Ibid., 12); et iterum: Ego ero fidens in eum; et iterum: Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi Deus (Ibid., 15), Pater (Joan. XVII, 5), tui sunt (Ibid., 9), et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt (Ibid., 10); ego in eis, et tu in me (Ibid., 25). Notum feci eis nomen tuum, et notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis (Ibid., 26).

Lex per Moysen data est, gratia per Jesum Christum facta est (Id., I, 17).

Apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus ho-

minibus (Tit. II, 11), secundum divitias gratiæ ejus (Ephes. I, 7), quæ superabundavit in nobis (Ibid., 8). Gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus (Rom. V, 11); infinitus enim thesaurus est hominibus, a quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitia Dei (Sap. VII, 14).

Veritas per Jesum Christum facta est (Joan. I, 17); ecce vir, Oriens nomen ejus (Zach. VI, 12). Surge, illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est: et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui (Isai. LX, 1). Vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite (Luc. IX, 35); ecce testimonium populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus (Isai. LV, 4).

Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illumina-
bit te Christus (Ephes. V, 14); et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum (Isai. XXX, 20). Præbit in via justitiæ (Eccli. IV, 12). Cepit Jesus facere (Act. I, 1), factus obediens (Philip. II, 8), mitis et humilis corde (Math. XI, 29), egenus factus, cum esset dives (II Cor. VIII, 9). Surge qui dormis: gloria magna est sequi Dominum (Eccli. XXIII, 58).

Quid est homo, ut sequi possit regem factorem suum (Eccli. II, 12)?

Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilis sunt (Math. XIX, 26). Qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite (Joan. VIII, 12). Bonus Dominus, et confortans (Nab. I, 7); Deus est enim qui operatur et velle, et perficere pro bona voluntate (Philip. II, 15).

Emamus et sequamur (Deut. XIII, 2).

Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo; Dominus mihi adiutor, et ego despiciam inimicos meos. Fortitudo mea et laus mea Dominus: et factus est mihi in salutem. O Domine, salvum me fac; o Domine, bene prosperare (Ps. CXVII, 6, 7, 14, 25); trahere me, post te curremus (Cant. I, 5).
Gloria magna est sequi Dominum.

IV MEDITATIO.

Pro exercitio spei.

PRIMUM PUNCTUM. — Canticum laudis et gratiarum actionis pro liberatione et beneficiis Christi Salvatoris.

Verbum caro factum est (Joan. I, 14); Verbum misit Deus filiis Israel annuntians pacem (Act. X, 36); transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc Verbum (Luc. II, 15), Verbum Dei (Apoc. XIX, 13). Verbum vite (Philip. II, 16), Verbum salutis (Act. XIII, 25):

Hoc Verbum, quod Dominus ostendit nobis (Luc. II, 15):

Hoc Verbum, quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manum nostræ contrectaverunt (1 Joan. I, 1).

Gaudium magnum (Luc. II, 10)! Videamus infantem positum in præsepio (Ibid., 16). Ecce Deus noster iste: expectavimus eum, et salvabit nos; iste Dominus,

sustinimus eum, exultabimus et letabimur in salutari ejus (Isai. XXXV, 9).

Gaudium magnum!

Facta est multitudo militiæ celestis laudantium Deum, et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis (Luc. II, 13, 14). Misericordia et veritas obviaverunt sibi: justitia et pax osculate sunt; veritas de terra orta est: et justitia de cœlo prospexit (Ps. LXXXIV, 11, 12).

Gaudium magnum! Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro; venite, transeamus usque Bethlehem, et videamus infantem positum in præsepio; venite exultemus, quia ipse est Dominus Deus noster: præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei; quoniam Deus magnus Dominus et rex magnus super omnes deos; venite adoremus, et precidamus ante Dominum, qui fecit nos, ante Dominum, infantem positum in præsepio, quia ipse est Dominus Deus noster (Ps. XCIV, 1, 7, 2, 3, 6, 7).

Constithor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi; conversus est furor tuus, et consolatus es me. Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo: quia fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Haerietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris; et dicetis in die illa: Constitimini Domino, et invocato nomen ejus, notas facite in populis adinventiones ejus: mementote quoniam excelsum est nomen ejus: contate Domino quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in universa terra. Exulta et lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel (Isai. XII, 4-6).

II PUNCTUM. — Expostulatio adversus mundum, qui Christum cum bonis suis non vult recipere.

SUMMARIUM. — Pervertitas mundi injusti et ingrati adversum Dei Filium, qui nobis ex solo amore datus est, qui nihil mali fecit, imo multa bona attulit hinc versus christianis agnoscat corruptorem mundi ejusque malitiam, et contra illam spe in Christum erigat se ad Deum.

In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit; in propria venit, et ei sui eum non receperunt (Joan. I, 10, 11).

Fremmerunt gentes, et populi meditati sunt inania, astiterunt reges terre, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus (Ps. II, 1, 2).

Audite, cœli, et auribus percipite, terra, quoniam Dominus locutus est (Isai. I, 2):

Pro eo ut me diligere, detrahebant mihi: et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea (Ps. CVIII, 4, 5); et viderunt, et oderunt me et Patrem meum (Joan. XV, 24). Oderunt me gratis (Ps. XXXIV, 19), dicentes: Nolimus hunc regnare super nos (Luc. XIX, 14), et verterunt ad me terga, et non facies, cum docerem eos, et erudirem, et nolent audire ut acciperent disciplinam (Jer. XXXII, 35).

Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania (Ps. II, 1)?

Quare? sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam; non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Et mundus eum non cognovit: convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus (Joan. III, 16, 17).

Quare? Quid enim mali fecit (Math. XXVII, 23)? Filius hominis non venit animas perdere, sed salutare (Luc. IX, 36).

Quare? Pertransiit beneficiendo et sanando omnes oppressos a diabolo (Act. X, 38). In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli (Joan. III, 8), et vivamus per eum (Joan., IV, 9), ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi, in sanctitate et iustitia, coram ipso, omnibus diebus nostris (Luc. I, 74, 75).

Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I, 9): venerunt autem omnia bona pariter cum illa (Sap. VII, 11) In

ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt (Joan. I, 4, 5).

Quare? O insensati (Gal. III, 1)! Lux venit in mundum, dilexerunt homines magis tenebras quam lucem? erant enim eorum mala opera: omnes enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus (Joan. III, 19, 20). Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei (Id., XII, 43): non dilexerunt animas suas (Apoc. XII, 11), et facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt (Osæ IX, 10).

Ipsi de mundo sunt: nos ex Deo sumus (I Joan. IV, 5, 6). Scimus quoniam ex Deo sumus, et mundus totus in maligno positus est; et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus. Ille est verus Deus, et vita æterna (Id., V, 19, 20): venerunt autem omnia bona pariter cum illa.

Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveneri in pace (II Pet. III, 14).

MEDITATIO

DE OPPOSITIONE JESU CHRISTI ET MUNDI (1).

PRIMA PARS.

Christus ad Evangelium suum vocat homines.

SUMMARYUM. — Admirabiles Christi perfectiones. Vocat homines ad requiem per penitentiam; ad beatitudinem per virtutem; ad gaudium per contemptum mundi; ad hoc autem præstandum promittit lucem, vitam, et victoriam de mundo ac demone. Cælum et terra magnificum perhibent ejus doctrinæ testimonium.

Venit Jesus prædicans Evangelium regni Dei (Marc. I, 14), Jesus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis (Isai. IX, 6): Filius Dei vivi (Joan. XI, 27), candor lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago honoris illius (Sap. VII, 26);

Jesus lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I, 9), vere salvator mundi (Id., IV, 42), speciosus forma præ filiis hominum (Ps. XLIV, 5): in quo sunt omnia thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter (Col. II, 5, 9);

Jesus, qui constitutus est a Deo iudex vivorum et mortuorum (Act. X, 42), et habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex Regum et Dominus dominantium (Apoc. XIX, 16).

Cognovit Jesus prædicare, et dicere (Math. IV, 17):

Penitentiam agite: appropinquavit enim regnum

(1) Habetur hic imitatio meditationis, quam sanctus Ignatius appellat, De duobus vexillis.

cælorum venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos; tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, et onus meum leve (Id., XI, 28, 29, 30).

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum; beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram; beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur; beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur; beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur; beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; beati qui persecutionem patientur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum (Id., V, 3-10).

Regnum meum non est de hoc mundo (Joan. XVIII, 36). Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram; vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis; vae vobis, qui ridetis nunc, quia ingebit et flebitis (Luc. VI, 24, 25). Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua (Math. XVI, 26)? Mundus gaudet: vos autem contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis (Joan. XVI, 20, 22).

Venite ad me omnes: ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem, et ve-

ritas liberabit vos (Joan. VIII, 12, 51, 52).

Venite ad me omnes: ego sum ostium ovium: per me si quis introierit, salvabitur. Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat: ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus; bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis: et animam meam pono pro ovibus meis; et ego vitam æternam do eis: et non peribunt in æternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea (Id., X, 7, 9, 10, 11, 15, 28).

Venite ad me omnes: confidite, ego vici mundum. Princeps hujus mundi jam iudicatus est (Id., XVI, 33, 34): videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit.

Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terre, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Luc. X, 18, 19, 21).

Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinam ejus (Math. VII, 28). Apertum est cælum, et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, et vox de cælo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi (Luc. III, 21, 22).

Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentiam et responsis ejus (Id., II, 47); omnium oculi erant intendentes in eum, omnes testimonium illi dabant, et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius (Id., IV, 20, 22); magnificabant Deum, dicentes: quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus visitavit plebem suam (Id., VII, 16): nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo (Joan., VII, 46).

SECUNDA PARS.

Satanas invitat homines ad mundi partes amplectendas. **SUMMARYUM.** — Execrabiles Satanae qualitates. Legem Christi rejicit tanquam difficilem et duram, inutilemque apud Deum. Sæctoribus suis felicitatem promittit certo adipiscendam per voluptates, per divitias, per gloriam mundanam, per inimicorum ultionem, et per virtutum ac vitiorum temperamentum.

Ostendit mihi Dominus Jesum; et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei (Zach. III, 1).

Satan, princeps mundi hujus (Joan. XIV, 30), et potestas tenebrarum (Luc. XXI, 25); rex impudens facie (Dan. VIII, 25), homicida (Joan. VIII, 44): leo rugiens circumquærens quem devoret (I Pet. V, 8), habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet (Apoc. XII, 12).

Satan, tentator (Math. IV, 3), qui seducit universum orbem (Apoc. XII, 9); ipse enim Satanas transfiguratur in angelum lucis (II Cor. XI, 14): ipse est rex super universos filios superbiæ (Job XXI, 25). In copia rerum omnium occidet plurimos, et contra principem principum consurgit, et sine manu conteretur (Dan. VIII, 25).

Aperuit os suum in blasphemias ad Deum (Apoc. XIII, 6).

Durus est hic sermo, et quis potest eum audire (Joan. VI, 61)? Jugum grave super filios Adam (Eccli. XI, 1). Et quis potest salvus fieri (Luc. XVIII, 26)?

Adhuc tu permanses in simplicitate tua (Job II, 9)? Quid prodest Deo, si justus fueris; aut quid ei coners; si immaculata fuerit via tua (Id., XXII, 5)? Vanus est qui servit Deo: et quod emolumentum, (Mal. III, 14), eo quod universa æque veniant iusto et impio, bono et malo, mundo et immundo, immolanti victimas et sacrificia contemnti? sicut bonus, sic peccator (Eccli. IX, 2). Sunt iusti, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum; et sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant (Id., VIII, 14).

Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, et tales ei placent: aut certe ubi est Deus iudicii (Mal. II, 17)? Impii vivunt, sublevati sum, confortatique divitiis (Job XXI, 7).

Tibi dabo potestatem hanc universam, et gloriam illorum; omnia regna orbis terræ mihi tradita sunt: et tui volo, do illa (Luc. IV, 6, 5, 6).

Quid proderit homini de universo labore suo et afflictione spiritus qui sub sole cruciatus est? Cuncti dies ejus doloribus et ærumnis pleni sunt: nec per noctem mente requiescit, et hoc nonne vanitas est? Nonne melius est comedere et bibere et ostendere animæ suæ bona de laboribus suis (Eccli. II, 22-23)?

Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam (Ephes. V, 29): qui sibi nequam est, cui alii bonus erit (Eccli. XIV, 5). Inimicitias cordis hæc est vita hominis (Id., XXX, 25): Vinum et musica lætificant cor; amici et sodalis in tempore convenientes, et super utroque mulier cum viro.

Aurum et argentum est constitutio pedum (Id., XL, 20, 25, 25): utilior est sapientia cum divitiis, sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia (Eccli. VII, 12, 15): corona sapientium, divitiæ eorum (Prov. XIV, 24). Divitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem et hi, quos habuit, separantur (Ibid., XIX, 4). Omnes dies pauperis mali (Ibid., XV, 15), et pecuniæ obediunt omnia (Eccli. X, 19).

Noli esse humilis in sapientia tua, ne humilitas in stultitiam seducaris (Eccli. XIII, 11). Sit autem fortitudo lex justitiæ; quod enim infirmum est, inutile invenitur (Sap. II, 11). Mors fortium dimabitur: quæ autem remissa est, tribuit servit (Prov. XII, 24).

Odio habebis inimicum tuum (Math. V, 43), non misereberis ejus: sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exigis (Deut. XIX, 21).

Noli esse justus multum ne impie agas multum (Eccli. VII, 47, 18). Lætare in adolescentia tua, et in honore sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, et ambulans in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum (Id., XI, 9).

TERTIA PARS.

Utriusque sequendae partes, deliberat homo. **SUMMARIUM.** — Homo electionis necessitatem considerat: ejusque difficultatem sentit. Delicis mundi afflictor, et ex primo intuitu capitur; sed earum brevitate et tristite exitum agnoscit. Hinc perdit mendacium hominum et Satanae in estimatione mundi, adeoque regnum Dei mundo esse praefendum. Difficultati vero legis Christi opponit necessitatem salutis, gratiam Dei, aeternitatem mercedis.

Optio vobis datur, eligite hodie quod placet: cui servite potissimum debeatis (Jos. XXIV, 15).

Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae (Math. VI, 24). Usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum (II Reg. XVIII, 21).

Ad quem ibimus (Joan. VI, 69)? angustiae sunt mihi undique (Dan. XII, 22).

Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem (Eccle. XI, 7). Quae videntur, temporalia sunt; quae autem non videntur, aeterna sunt (II Cor. IV, 18).

Amicitia hujus mundi inimica est Dei; quicumque ergo voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus Dei constituitur (Juc. IV, 4).

Quid eligam ignoro: coarctor autem ex duobus (Philipp. I, 22, 25).

Vadam, et affluam delicis, et fruam bonis (Eccle. II, 4). Deprehendi, nihil esse melius quam letari hominem in opere suo, et hanc esse partem illius (Ibid., III, 22).

Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat? Venite ergo, et fruamur bonis quae sunt, et utamur creatura tanquam in juventute celeriter; vino pretioso et unguentis nos impleamus, et non praeripiat nos flos temporis; coronemus nos rosas, antequam marcescant; nullum pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra; nemo nostrum exors sit luxuriae nostrae; ubique relinquamus signa fectitiae: quoniam haec est pars nostra, et haec est sors (Sap. II, 6-9).

Cave tibi et attende diligenter (Eccle. XIII, 16).

Est via quae videtur homini justa: novissima autem ejus deducunt ad mortem. Risus dolore miscbitur, et extrema gaudii luctus occupat (Prov. XIV, 12, 13). Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit, et gaudium hypochrite ad instar puncti. Si ascenderit usque ad caelum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit, quasi tranquillum in fine perdetur; et qui cum viderant, dicent: Ubi est? Velut somnium avolans non invenitur, transiet sicut visio nocturna. Hoc scio, quod laus impiorum brevis sit (Job XX, 4-8). Ducunt in hominis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt (Id., XXI, 15).

Vani illi hominum, mendaces illi hominum in stateris; ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum (Ps. Lxi, 10).

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem

(Ps. VI, 9). Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus (Joan. VIII, 44).

Quarite ergo primum regnum Dei et iustitiam ejus (Math. VI, 33). Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae (I Joan. II, 16).

Nonne anima plus est? (Math. VI, 25).

Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in caelum? (Rom. X, 6.) Regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud (Math. XI, 12); quis nostrum valet ad caelum ascendere? (Deut. XXX, 12.) Quam angusta porta et arcta via est aequa ducit ad vitam? et pauci sunt qui inveniunt eam (Math. VII, 14); quis ex vobis poterit? (Deut. XXX, 15) Desperavi (Jer. II, 25).

Ne dixeris: Salva animam tuam (Gen. XIX, 17): porro unum est necessarium (Luc. X, 42).

Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum (Id., XVIII, 27).

Quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operatur in nobis (II Cor. IV, 17).

QUARTA PARS.

Conclusio hujus deliberationis.

SUMMARIUM. — Christi partibus se totum addidit homo per varios actus, fidei in Christum magistrum reverentem, admirationis et indignationis super cecitate hominum quos fascinat mundus, doloris et confusionis ex sui ipsius fascinatione, laudis et actionis gratiarum ob recuperatum sensum, et firmi propositi Christo adherendi contra mundum, qui nulla prorsus ratione ipsi potest comparari.

Finem loquendi pariter omnes audiamus (Eccle. XII, 13).

Subditi ergo estote Deo: resistite autem diabolo, et fugiet a vobis; appropinquate Deo, et appropinquabit vobis (Jac. IV, 7, 8).

Vade, Satana (Math. IV, 10): viciit leo de trilu Juda (Apoc. V, 5): et haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est Filius Dei, quoniam Christus est veritas (I Joan. V, 4-6).

Utique, Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti (Joan. XI, 27). Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes (Id., VI, 69). Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces (Math. XXII, 16): apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen (Ps. XXXV, 10).

O insensati! quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus praescriptus est? (Gal. III, 1.) Fascinatio nugacitatis obscuravit bona, et inconstantia concupiscentiae transveritit sensum (Sap. IV, 12).

O insensati! Stultissimus sum virorum. non diligit

sapientiam, et non novi scientiam sanctorum (Prov. XX, 2, 3).

Deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita (Ps. LXVIII, 6).

In ipso tempore sensus meus reversus est ad me. Nunc igitur ego laudo, et magnifico, et glorifico Regem caeli: quia omnia opera ejus vera, et viae ejus iudicia (Dan. IV, 53, 54): quia caecus cum essem, modo video (Joan. IX, 25).

O insensati! singuli post idola vestra ambulat et servite eis (Ezech. XX, 59): mihi autem adherere Deo bonum est (Ps. LXXII, 28).

Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam (Cant. III, 4).

Sequitur te, Domine (Luc. IX, 61).

Tuus sum ego (Ps. CXVIII, 94):

Magister, sequar te quocumque ieris (Math. VIII, 19).

Vivit Dominus, et vivit Dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris, Domine, mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus (II Reg. XV, 21).

Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua (Ps. CXVIII, 85).

Appropiate ad me, indocti, oculis vestris, quia medicum laboravi, et inveni mihi multum roquiem (Eccle. II, 51, 52).

Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.

Nec dimittam, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iudicium.

Nec dimittam, majores divitias astimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi (Hebr. XI, 25, 26).

Mundus totus in maliguo positus est (I Joan. V, 19): dicit Jesus: Ego sum via, veritas et vita (Joan. XIV, 6).

Mundus gaudet (Id., XVI, 20) in maligno (I Joan. V, 19), in vanitibus suis (Deut. XXXII, 21), in sordibus suis (Lev. XV, 34), in vanum (Ps. CXXVI, 4).

Ego autem in Domino gaudeo, et exultabo in Deo Jesu meo (Hab. III, 18), ut videam voluptatem Domini (Ps. XXVI, 4).

Mundus transit (I Joan. II, 17): Jesus Christus heri, et hodie, et ipse in secula (Hebr. XIII, 8).

MEDITATIO

DE PAUPERTATE JESU CHRISTI, ET DE CONTEMPTU DIVITIARUM.

PRIMUM PUNCTUM. — Jesus Christus suam doctrinam proponit.

SUMMARIUM. — Praeparatio animi ad doctrinam Jesu Christi admittendam. Jesus Christus pauperibus spiritu promittit regnum Dei; paupertatis vero voluntariae perfectionem simul et felicitatem declarat, salutis difficultatem divitiibus inculcat; haec autem omnia confirmat stupendo exemplo. Generalis consideratio super hac doctrina Christi.

Vilens Jesus turbas ascendit in montem: et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, et aperiens os suum docebat eos (Math. V, 1, 2).

Namquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam? in summis excelsisque verticibus supra viam, dicens:

O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum. Intelligite, parvuli, astutiam; et insipientes, animadvertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: et aperientur labia mea, ut recta praedicent. Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium. Justi sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid, neque perversum; recti sunt intelligentibus, et aequi inveniuntibus scientiam. Accipite disciplinam meam, et non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligite; melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis, et omne desiderabile ei non potest comparari (Prov. VIII, 2-11).

Audite: Beati pauperes spiritu, quia vestrum est regnum Dei; beati qui nunc esuritis, quia saturabimini (Luc. VI, 20, 21).

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur, et ubi furis effodit et furatur: thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo, neque tinea demolitur, et ubi furis non effodit neque furatur; ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum (Math. VI, 19-21).

Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo: et veni, sequere me (Id., XIX, 21). Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei, et non recipiat multa plura in hoc tempore, et in saeculo venturo vitam aeternam (Luc. XVIII, 29, 30): qui non accipiat contumeliam tantum, nunc in tempore hoc cum persecutione, et in saeculo futuro vitam aeternam (Marc. X, 50).

Vae vobis ditibus, quia habetis consolationem vestram; vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis (Luc. VI, 24, 25): Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum caelorum; et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum (Math. XIX, 25, 24). Quam difficile est, confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire! apud homines impossibile est, sed non apud Deum; omnia enim possibilia sunt apud Deum (Marc. X, 24, 27).

Audite: Vae vobis ditibus, quia habetis consolationem vestram;

Beati, pauperes, quia vestrum est regnum Dei.

Homo quidam erat dives; qui induebatur purpura et hyso, et epulabatur quotidie splendide; et erat

quidam mendicans, nomine Lazarus, qui jacebat ad janam ejus ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat: sed et canes veniebant et lingebant ulcera ejus.

Factum est autem ut moreretur mendicans et portaretur ab angelis in sinum Abraham: mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus: et ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est: ut hi qui volunt sine transire ad vos, non possunt, neque inde hoc transire (Luc. XVI, 19-20).

Nunc ergo, filii, audite me: Beati qui custodiunt vias meas: audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite abjicere eam (Prov. VIII, 32, 35).

Nam quid consilium Dei audisti (Job XV, 8)? doctrinam Salvatoris (Tit. II, 10), doctrinam sapientiae? (Eccli. I, 20) Acquiesce igitur ei, et habeto pacem, et per hae habebis fructus optimos; suscipe ex ore illius legem, et pone sermones ejus in corde tuo (Job XXII, 21, 22).

IN PUNCTUM. — *Jesus Christus proponit suum exemplum.*

SUMMARIIUM. — *Exemplum Christi tantum solati pauperibus offert, quantum divitiis meroris et timoris.*

Fili, accedens ad servitutem Dei (Eccli. II, 4), recordare paupertatis meae (Ther. III, 19). Regnum meum non est de hoc mundo (Joan. XVIII, 36): pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea (Ps. LXXXVII, 16). Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidus: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet (Math. VIII, 20).

Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me (Luc. IV, 18). Pauperes evangelizantur: et beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me (Id., VII, 22, 25).

Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filius matris meae. Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto (Ps. LXXVIII, 9, 22): et diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Ps. XXI, 19).

Ego sum pauper et dolens: videant pauperes, et latentur (Ps. LXXVIII, 30, 55):

Latentur. Ego sum pauper, abundans paupertate (Eccli. XI, 12): mecum sunt divitiae et gloria, opes superbae et justitiae; melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso.

Ego sum pauper, et dolens. Agite diligentes me, et thesauros eorum replcam (Prov. VIII, 18, 19, 21).

Ego sum pauper et dolens. Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quae advenient vobis: thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus,

Ego sum pauper et dolens: epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra (Jac. V, 1, 5, 5): vae vobis (Luc. VI, 24).

IN PUNCTUM. — *Variae conclusiones hujus meditationis, pro variis vite status.*

CONCLUSIO. — *Pro homine justo et divite.*

SUMMARIIUM. — *Deplorat infelicitatem sui status, qui adeo contrarius est vitae Christi, et totius periculum in quo versatur: consolatur autem seipsum ex eo quod oderit statum suum, bonis operibus vacet, soli Deo adhaerent, paratusque sit honorum omnium potius iacturam facere quam animam.*

Ecce rex tuus venit tibi, ipse pauper (Zach. IX, 9): sed dives es (Apoc. II, 9), Quae pars dicitur ad pauperem? (Eccli. XIII, 22). Scio quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti: nam quos prescribit et predestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Ipse pauper: sed dives es. Quae pars dicitur ad pauperem? (Rom. VIII, 28, 29). Quid faciam tibi, o custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi? (Job VII, 20).

Mortuus est dives, et sepultus est in inferno; et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua (Luc. XVI, 22, 25). Timeo ergo ne forte et mihi haec veniant (Job. VI, 15). Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie ipsius perditio illorum. Beatus dives, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic? (Eccli. XXXI, 6, 8, 9).

Domine, rex deorum et universae potestatis, adjuva me nullum aliud auxilium habentem nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam, et nosti quia oderim gloriam iniquorum. Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiae et gloriae meae (Euth. XIV, 12, 14-16).

Si negavi, quod volebant, pauperibus, et oculos viduae expectare feci; si comedi buccellam meam solus, et non comedi pupillus ex ea (quia ab infantia mea crevi mecum miseratio, et de utero matris meae egressa est mecum); si putavi aurum robur meum, et obrizo dixi: Fiducia mea; si letatus sum super multis divitiis meis (Job XXXI, 16-18, 24, 25): decidam merito ab inimicis meis inanis (Ps. VII, 5).

Et nunc quae est expectatio mea? nomen Domini: et substantia mea apud te est (Ps. XXXVIII, 8).

Et nunc, Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum (Job. III, 6): tuae divitiae, et tua est gloria (1 Par. XXIX, 12). Tunc sum ego, salvum me fac (Ps. CXVIII, 94): cetera tolle (Gen. XIV, 21); paratum cor meum (Ps. CVII, 2); nihil vereor, dummodo consummem cursum meum (Act. XX, 24). Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam (Ps. CXVIII, 124); universa quae habet, in manu tua sunt: veruntamen animam illius serva (Job I, 12, 11, 6).

II CONCLUSIO. — *Pro homine justo in statu tenuis fortitudo.*

SUMMARIIUM. — *Cum persuasum illi sit sufficere homini ea quae sunt pure necessaria ad victum, et hac ratione vitari omne malum cujus radix est cupiditas, iis manet ultro contentus, eademque a Deo postulat ad arcenda pericula, seu divitiarum, seu paupertatis extrema.*

Initium necessarium rei vitae hominum, aqua, ignis, et ferrum, sal, lac, et panis similagineus, et mel, et botrus uvae, et oleum, et vestimentum (Eccli. XXXIX, 31), et domus protegens turpitudinem (Id., XXIX, 28). Est autem questus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus.

Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus; nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.

Tu autem, o homo Dei, hic fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, caritatem, patientiam, mansuetudinem (1 Tim. VI, 6-11). Noli laborare ut ditis: sed prudentiae tuae pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi penas quasi aquilae, et volabunt in caelum (Prov. XXIII, 2, 5). Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate (Id., XVI, 8); melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles (Id., XV, 16); melius est modicum iusto, super divitias peccatorum multas (Ps. XXXVI, 16).

Deus patrum nostrorum et Domine misericordiae (Sap. IX, 4), mendicitatem et divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illicet ad negandum, et dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer et perjurem nomen Dei aeterni (Prov. XXX, 8, 9).

Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, et argenti (Ps. CXVII, 72).

III CONCLUSIO. — *Pro homine justo et paupere.*

SUMMARIIUM. — *Quirit suam consolationem et fortitudinem in societate unitatis cum Christo paupere: adeoque reputans contra existimationem mundi, in eam sitam esse felicitatem hominis, ex eadem sibi magna pollicetur bona.*

Ecce Rex tuus venit tibi, ipse pauper (Zach. IX, 9) ego autem mendicans sum et pauper (Ps. XXXIX, 18).

Quid facies (Gen. XVIII, 29)?

Audi consilium (Prov. XIX, 20):

Fidem posside cum amico in paupertate filius, ut et in bonis illius leteris; in tempore tribulationis illius permanet illi fidelis, ut et in hereditate illius coheredes (Eccl. XXII, 28, 29): sustine sustentationes

S. S. XXXVII.

Dei: conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua (Id., II, 5).

Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus (Ps. LXVII, 41): in via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis (Ps. CXVIII, 14). Erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis; quorum filii, sicut novellae plantationes in juventute sua; filii eorum compositae, circumornatae ut similitudo templi: promptuarium eorum plena, eructantia ex hoc in illud: oves eorum foetosa, abundantes in egressibus suis, boves eorum crassa: non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui haec sunt. Beatus populus cujus Dominus Deus ejus (Ps. CXLIII, 11-15).

Non in solo pane vivit homo (Math. IV, 4): Justus autem ex fide vivit (Rom. I, 17).

Pauperem quidem vitam gerimus: sed multa bona habebimus, si timerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene (Job. IV, 25).

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide, et haeredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se (Jac. II, 5)?

Spera in Domino, et fac bonitatem; et inhabitabis terram, et pasceris in divitiis ejus; delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui (Ps. XXXVI, 3, 4). Tunc videbis, et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum (Isai. LXI, 5); tunc super Omnipotentem deliciis afflues (Job XXII, 26), ridebis; ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut inferetur accervus tritici in tempore suo (Id., V, 22, 26).

IV CONCLUSIO. — *Pro homine justo qui ex divite factus est pauper.*

SUMMARIIUM. — *Excitat seipsum ad tolerantiam, contentiam sui status cum Christo Jesu, aestimationem pietatis sanctorum, et necessitate esse subjiciendi voluntati Dei.*

Pauperes facti sumus nimis (Ps. LXXXVIII, 8). Ecce Salvator tuus venit (Isai. LXIII, 14): egenus factus est, cum esset dives (II Cor. VIII, 9).

Sit nomen Domini benedictum (Ps. CXII, 2): similis ero Altissimo (Isai. XIV, 14), similis Filio Dei (Dan. III, 92), gloria magna est sequi Dominum. (Eccli. XXIII, 58).

Ecce, beatificamus eos qui sustinerunt. Sufferentiam Job audistis (Jac. V, 11); scidit vestimenta sua, et tonsa capite, corruens in terram adoravit, et dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus revertor illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccavit Job lahalis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est (Job I, 20-22).

Similiter facies (Eccli. II, 15). Ecce, beatificamus eos qui sustinerunt, (II Cor. VIII, 2) quod in multo experimento tribulationis abundantis gaudii ipsorum (Onze.)

toit, et altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum.

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei (Luc. VI, 20); nam et rapinam bonorum vestrorum cum paulo suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam. *Beati* (Heb. X, 34).

Vade, et tu fac similiter, (Luc. X, 37) et beatus eris (Id., XIV, 14).

Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt (Ecclesi. XI, 14). Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus (Job II, 10)? Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus in ore meo: in Domino laudabitur anima mea (Ps. XXXIII, 2, 5) (1).

V CONCLUSIO.—*Pro religiose qui profectur paupertatem evangelicam.*

SUMMARIUM.—*Benedicit Deo, quod sibi aperuerit mysterium voluntariae paupertatis, quae relinquit omnia propter illum, illius solum eget, et omnia recuperat in illo.*

Ecce, rex tuus venit tibi (Math. XXI, 5), et ipse pauper (Zach. IX, 9).

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem (Ps. XL, 2); scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis (II Cor. VIII, 9).

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem (Col. II, 5), in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges (Ps. XV, 7, 2): et nullus ego (Apoc. III, 17).

Relinquis omnia, et secuti sumus te (Math. XIX, 27), ut divitias computaremus hoc (Tob. V, 25).

Ego sum pauper, et nullus ego (Ps. LXVIII, 30); quid enim mihi est in caelo? et a te quid volui super terram (Ps. LXXXII, 25)?

Quae fuerant mihi luera, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta, propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrificarem (Philipp. III, 7, 8): et divitias nihil esse duxi in comparatione illius (Sap. VII, 8).

Ego sum pauper, et nullus ego; mihi enim vivere Christus, et mori lucrum (Philipp. I, 21). Dominus pars hereditatis meae: tu es qui restitues hereditatem meam mihi (Ps. XV, 5).

Quanta fecit animae meae (Ps. LXV, 16)!

Miserationem Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quae reddidit nobis Dominus (Isai. LXIII, 7).

Olivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, et domus patris mei: crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae (Gen. XLI, 51, 52). Anima mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutari

suo (Ps. XXXIV, 9): quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio ejus (Josue XIII, 53). Repletus sum consolatione, superabundo gaudio (II Cor. VII, 4): habeo omnia, et abundo: repletus sum (Philipp. IV, 18); Dominus enim ipse est hereditas (Deut. XVIII, 2).

VI CONCLUSIO.—*Pro homine dicitur et avaro.*

SUMMARIUM.—*Agnoscit inutilitatem omnium laborum avaritiae, justum timorem iudicii sustinendi cum Jesu paupere, futurum tum dolorem ex defectu bonorum operum, et impotentiam ad ea supplenda, unde concludit uti se debere suis bonis iuxta leges iustitiae et charitatis. Hanc a Deo efflagitat gratiam sine qua seminime divitem esse sibi persuadet.*

Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram: haec dicit Dominus ad me (Isai. XVIII, 4). Dives effectus sum, inveni idolum mihi (Osee XII, 8).

Quid proderit homini de universo labore suo, et afflictione spiritus, quae sub sole cruciatur est (Ecclesi. II, 22)? sicut egressus est nudus de utero matris suae, sic revertetur et nihil auferet secum de labore suo (Id., V, 14)? Quid proderit homini, si lucraretur mundum totum, et detrimentum animae suae faciat? aut quid dabit homo commutationis pro anima sua (Marc. VIII, 36, 37)?

Cui laboro, et fraudo animam meam bonis (Ecclesi. IV, 8)? Stulte, haec nocte animam tuam repecte a te, quae autem parasti, cuius erunt (Luc. XII, 20)?

Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? et cum quaesierit, quid respondebo illi (Job XXI, 14)? Egenus factus est, cum esset dives: Quid respondebo illi (II Cor., VII, 19)?

Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus (I Cor. VI, 9, 10).

Tunc dicit his, qui a sinistris erant: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus; esurivi enim, et non dedistis mihi manducare: sitiivi et non dedistis mihi potum: hospes eram, et non collegistis me: nudus, et non cooperuistis me: infirmus, et in carcere, et non visitastis me. Quid respondebo illi? quid... Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Tunc respondit illis, dicens: Amen dico vobis: quoniam non fecistis uni de minoribus, nec mihi fecistis (Math. XXV, 41-45).

Quid faciam? quis me liberabit (Rom. VII, 24)?

Quid dabit homo commutationis pro anima sua (Marc. VIII, 37)?

Frater non redimit; redimet homo? Non dabit Deo placationem suam; et pretium redemptionis animae suae (Ps. XLVIII, 8, 9). Non proderunt divitiae in dia

(1) Haec conclusioni potest addi tertia.

4), misericordia liberabit (Ecclesi. XI, 24).

Redemptio animae viri, divitiarum suarum (Prov. XIII, 8); cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua (Id. II, 4).

Peccata tua elemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiam pauperum (Dan. IV, 24).

Vere ego peccavi Domino Deo Israel (Jos. VII, 20); ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: et si quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum (Luc. XIX, 8).

Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum: inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam (Ps. CXVIII, 35, 36); gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et non dominetur mei omnis iniustitia; bonum mihi lex oris tui, super millia auri et argenti (Ibid., 135).

Benedictio Domini divites facit (Prov. X, 22). Est quasi dives, cum nihil habeat, et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit (Id., XIII, 7): sic est qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives (Luc. XII, 21).

Ubi non est scientia animae, non est bonum (Prov. XIX, 2).

VII CONCLUSIO.—*Pro peccatore qui ex divite factus est pauper.*

SUMMARIUM.—*Habet pro pena a Deo sibi inflicta paupertatem suam: cuius miserias sentit: simul et pro ratione bene sperandi de Deo qui noluit eum funditus perdere, revertendi ad eum per poenitentiam, et feliciter vivendi in ejus possessione.*

Manus Domini teigit me (Job XIX, 21). Egestas a Domino in domo impij (Prov. III, 35); ego ille quondam opulentus, repente contritus sum (Job XVI, 15). Ecce manus Domini super te (Act. XIII, 41), eo quod non servieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque laetitia, propter rerum omnium abundantiam (Deut. XXVIII, 47).

Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus: me minavit, et adduxit in tenebras, et non in lucem; circumdedit me felle et labore; in tenebris collocavit me, quasi mortuos semperternos; factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die; replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio.

Haec recolens in corde meo, ideo sperabo. Misericordiae Domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum. Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei: quia non repellit in sempiternum Dominus; quia si abiecit, et miserabitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Scrutemur vias nostras, et quaramus, et revertamur ad Dominum, levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in

caelos: nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus (Thar. III, 1, 2, 5, 6, 14, 15, 21, 22, 24, 26, 31, 32, 40-42). Etiam occiderit me, in ipso sperabo: verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam: et ipse erit Salvator meus (Job XIII, 15, 16).

Pars mea Dominus. Dives sum (Apoc. III, 17), Dives et felix magis quam principio (Job XXI, 25; XLII, 12).

VIII CONCLUSIO.—*Pro homine peccatore et paupere.*

SUMMARIUM.—*Exprobrat ipse sibi vitam suae depravationem, ejusdem miseriam animo representat, et ad illam quaerit remedium in poenitentia et patientia.*

Pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui (Jerem. V, 4).

Vere et tu ex illis es (Math. XXVI, 75); es miser et miserabilis, et pauper (Apoc. III, 17): tui vero oculi et cor ad avaritiam, et ad sanguinem innocentem fundendum, et ad calumniam, et ad eum sum mali operis (Jer. XXII, 17). Si videbas faciem, curtebas cum eo: et cum adulteris portioneam tuam ponebas (Ps. XLIX, 18).

Vae misero mihi (Jer. XLV, 5)! in domo mea non est panis (Isai. III, 7): non est Deus mecum (Deut. XXXI, 17). Repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquavit (Ps. LXXXVII, 4).

Quid habet pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita (Ecclesi. VI, 8)? et vita mea inferno appropinquavit.

Pauper gloriorur pro disciplina et timore sum (Ecclesi. X, 55): et Deum non timeo, neque hominem revereor (Luc. XVIII, 4).

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum (Math. V, 3): et vita mea inferno appropinquavit.

Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia: et nequissima paupertas in ore impij (Ecclesi. XIII, 30): propter cordis inopiam perdet animam suam (Prov. VI, 32).

Vita mea inferno appropinquavit.

Poenitentiam age (Act. VIII, 22).

Crede Deo, et recuperabit te (Ecclesi. II, 6). Nunc Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et heredes regni, quod reprobis Deus diligentibus se (Iac. II, 5)? Haec dicit Dominus redemptor tuus: Elegi te in camino paupertatis (Isai. XLVIII, 17, 10), in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe (Ecclesi. II, 4); dirige viam tuam, et spera in illum; serva timorem illius, et in illo veterasca (Ib., 6). Parcet pauperi et inopi, et animas pauperum salvas faciet (Ps. LXXI, 15).

Portio mea, Domine, dixi, custodire legem tuam. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et justificationes tuas doce me: letabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa (Ps. CXVIII, 57, 124, 162).